Sabbatho ante Festum Conversionis Sancti Pauli Apli proximo Anno Dni Millesimo sexcentesimo Septuagesimo secundo. 23/I

Krasicki Golaskiego Quietat. 913

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus, Praemisliensibus Illustris et Magnificus Martinus Constantinus de Siecin in Krasiczyn Krasicki Castellanus Praemisliensis sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus, Jurisdictionibusque suis quibuscunque propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Jurisdictioni, quo ad actum praesentem attinet seque Successoribus ac bonis suis generaliter, omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac perexpressum recognovit. Quia ipse Generosum Albertum Golaski et ipsius posteros descripto certo manuali sibi Recognoscenti per eundem Generosum Golaski super summam Mille Florenorum Polonicalium dato atque Actis officii praesentis, sub actu feria secunda, intra Octavas Festi Sacratissimi Corporis Christi Domini Anno Eiusdem Millesimo sexcentesimo septuagesimo Primo proxime praeterito roborato de actu et data scripti eiusdem ibidem contentis, tum de eadem ipsa Inscriptione scripti praefati Roboratoria Castrensi Praemysliensi praestitam satisfactionem, summaeque suprascriptae Mille Florenorum Polonicalium realem et effectivam persolutionem quietat, emittit, dimittit, liberumque et absolutum facit et perpetuo pronunciat scriptum hoc itaque manuale

cum eius Inscriptione Roboratione in toto et per omnia cassat, mortifi:
cat et annihilat Sibi Suisq posteris vero Comissionem ouem.
Apotum imponendo Silentium.

Sczepanowskie Conges Zdzan: skie Conges Quietant 914

Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castren:
sibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosi Gaspar
Sczepanowski et Theophila de Borkowice Coniuges legiti:
mi, Sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus
Juribus, Jurisdictionibusq Suis quibusuis propriis et compelen:
tibus, recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemy:
sliensi Jurisdictioni quoad actum praesentem attinet Seque
Successoribus ac bonis Suis generaliter omnibus totaliter et ple:
narie incorporando atq Subyciendo palam libere, publice ac
perexpressum recognoverunt et quilibet illorum Seorsim
Suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et quidem Consors cum
eiusdem Mariti sui Viri Tutoris Coniugalis personali assistentia
et Ultroneo ad infrascripta recognoscenda consensu Generosos
Josephum Zdzanski et Barbaram de Woyski Conges Ulmos et
ipsorum Successores de Summa Mille Quingentorum Florenorum Polo:
nicalium Sibi Recognoscenti per eosdem Suprascriptos Generosos
Zdzanskie Coniuges, Actis officy praesentis in Anno Millesimo Sex:
centesimo Septuagesimo Primo proxime praeterito modo Simplicis
debiti inscripta, et Super bonis ipsorum omnibus ad Solvendum
assecurata, nec non de eadem ipsa Inscriptione Castrensi Capita:
neali Praemysliensi Debitoria, omnibus et Singulis Inscriptionis
eiusdem Conditionibus, punctis, Clausulis, articulis, Vadiis Liga:
mentis ac nexibus generaliter Universis, atq de quibusuis
praetentionibus ob Sufficientem et plenariam Sibi Regnitis
per Conges omnibus praestitam Satisfactionem Summaq Suprascriptae

Mille Quingen